

Bibliothecae Sanskritae, sive recensvs librorvm Sanskritorvm hvcsqve typis vel lapide exscriptorvm critici specimen / Concinnavit loannes Gildemeister.

Contributors

Gildemeister, Johann, 1812-1890.

Publication/Creation

Bonnae ad Rhenvm [etc.] : H.B. Koenig & Williams & Norgate, 1847.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/sr8cuh9y>

License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

ORIENT. 446.



Orient. 446



Curt

GILDEMEISTER (Johann).

22101434248

BIBLIOTHECAE SANSKRITAE

SIVE

RECENSVS

LIBRORVM SANSKRITORVM

HVCVSQVE TYPIS VEL LAPIDE EXSCRIPTORVM

CI

N.

IOAN. ES. GILDLMEISTER

PROFESSOR MARBURGENSIS.

BONNAE AD RHENVM.

SVMP TVS FECIT H. B. KOENIG.

MDCCCXLVII.

LONDINI

APVD WILLIAMS & NORGATE.

BIBLIOTHECA MUSEI HISTORICO-MEDICI



PRAEFATIO.

Plures jam elapsi sunt anni, ex quo opusculi hujus redemptor, Vir honestissimus, in sua etiam re expertus quam infidus et inutilis sit catalogus Adelungianus, a me petiit, ut accuratum librorum sanskritorum indicem concinnarem. Neque me latuit, ex ejusmodi labore rite suscepto haud mediocrem utilitatem in ipsum literarum Indicarum studium posse redundare, tale autem opus, quod utpote umbratile nec ingenio liberaliore dignum plerique iique imperiti contemnere solent, vix bene confici posse, nisi ab eo, qui linguae rerumque aliquantum esset gnarus; quod utrumque in literis Arabicis illustri suo exemplo olim comprobavit Cl. SCHNURRERUS. Imprimis vero nostra interesse persuasus sum, ut librorum ipsa in India typis exscriptorum, quorum copiam haud exiguam, at nobis fere incognitam, ab indigenis doctis curatam neque tamen publice venumdatam esse constat, notitiam uberiorem aliquando nanciscamur. Ut huic desiderio satisfiat, necessarium esse quivis intelliget, ut antea editiones nunc nobis notae enumerentur et describantur; ita enim fieri potest, ut forte aliquis harum rerum in India investigator ad nostram earum cognitionem locupletandam adducatur. Itaque suscepto in me labore coepi pedetentim prout

libris peruterer materiem colligere, qua ratione quid hucusque effecerim, id nunc quum vix spes esset fore ut hic terrarum augeri possit, atque ut datam bibliopolae fidem tandem solverem, prelo committere constitui, quanquam librum nondum omnibus numeris absolutum esse nemo me clarius perspiciat.

Ne ignorent lectores, quid in hac bibliotheca quaerere possint, paucis quid voluerim exponendum est. Posthabitis libris omnibus, qui antiquitates Indicas et grammaticae comparisonem spectant, id egi, ut ipsa tantum linguae literarumque sanskritarum monumenta hucusque edita et quae ad eorum illustrationem scripta sint, recenserem. Unde praeter textuum editiones quatuor scriptorum classes in censum venire. Primam efficiunt libri grammatici et lexica, quibus propter poesis dramaticae usum etiam praecriticae linguae institutiones adjungendae erant, quanquam dialecti vulgares ab instituto meo essent alienae. Secundum locum obtinent translationes ex ipsa sanskrita in linguas Europaeas factae. Commemoravi quas notas habui omnes, etsi inter eas, imprimis inter Germanicas sint, de quibus merito dubites, an libris doctis annumerandae, quin an omnino pro translationibus habendae sint. De iis conferri velim, quae nuper admodum facete et vere disseruit BOLLENSIUS in praefatione Vikramorvaçis. Sed earum delectum facere meum non esse judicavi. Exclusi autem omnes, quae aut in Asiaticas factae sunt aut denuo ex his in nostras conversae linguas. Illae enim magis ad earum, quibus conscriptae sunt, linguarum literas pertinere videntur; his autem recensendis etiam ideo me imparem sensi, quia vel unius Panc'atantrae imitationes, quotquot in omnibus fere nostratium linguis exstant, locupletiores poscerent copias literarias, quam quae mihi suppetent. Interpretationes excipiunt opuscula numero adhuc pauca, quae ad singulos scriptores illustrandos conscripta sunt. Ultimo loco hominum doctorum de libris censuras,

quas variis eruditorum commentariis *) mandarunt, non omittere e re duxi. Quanquam in his quoque plurima reperiuntur levia, nonnulla prorsus futilia, sunt tamen etiam opuscula, ex quibus plus boni fructus, quam interdum ex integris libris, capi potest. Accedit quod ea opuscula omnia spectant ad studiorum Indicorum inter nos historiam, unde plena eorum enumeratio a me merito expectari poterit. Sed in hac maxime re consultis non steterunt facta; nam iis quae jam ante hos duos et quod excedit annos collegeram contentum esse me jusserunt quaedam bibliothecae nostrae Marburgensis, quae hucusque valebant, leges conati-

*) Sigla, quibus in iis designandis usus sum, praecipua, ne cui externorum fraudem faciant, hic addo:

<i>HALZ</i>	<i>Haller Allgemeine Literaturzeitung</i>
<i>JALZ</i>	<i>Jenaer Allgemeine Literaturzeitung</i>
<i>LLZ</i>	<i>Leipziger Literaturzeitung</i>
<i>Jbb. f. w. K.</i>	<i>Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik</i>
<i>GGA</i>	<i>Göttinger Gelehrte Anzeigen</i>
<i>MGA</i>	<i>Münchner Gelehrte Anzeigen</i>
<i>Bayer. Ann.</i>	<i>Bayerische Annalen</i>
<i>Lpz. Rep.</i>	<i>Leipziger Repertorium der Literatur.</i>
<i>Gersd. Rep.</i>	<i>Gersdorfs Repertorium der Literatur</i>
<i>H. Jbb.</i>	<i>Heidelberger Jahrbücher</i>
<i>W. Jbb.</i>	<i>Wiener Jahrbücher der Literatur.</i>
<i>Ztschr. vel</i>	
<i>Ztschr. f. d. K. d. M.</i>	<i>Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes</i>
<i>ZDMG</i>	<i>Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft</i>
<i>Ind. Bibl.</i>	<i>Schlegel's Indische Bibliothek</i>
<i>As. Res.</i>	<i>Asiatic Researches</i>
<i>JASB</i>	<i>Journal of the Asiatic Society of Bengal</i>
<i>JRAS</i>	<i>Journal of the Royal Asiatic Society</i>
<i>Ann. of Or. L.</i>	<i>Annals of Oriental Literature</i>
<i>J. d. Sav.</i>	<i>Journal des Savans.</i>
<i>J. As.</i>	<i>Journal Asiatique.</i>

bus meis, quum mihi ad eam aditus fere praeclusus esset, admodum adversae.

Haec igitur operis mea lacuna est neque ea sola. Desunt enim nonnulla, quae quum nunc quidem libris ipsis destitutus non uti decebat accurate describere possem, sciens praetermittere coactus fui. Exempli causa nomino locos philosophorum in Windischmanni libro, quem de philosophiae historia composuit, a CII. LASSENIO et WINDISCHMANNO filio conversos. Desiderabitur classis librorum Buddhicorum, de quibus nihil afferre potuissem, nisi locos quos Cl. BURNOUFUS in historia Buddhismi transtulit; nam incertus haesi, an ejus generis liber unus, quem in catalogis inter sanskritos relatum inveneram *) neque etsi data opera acquirere potueram, vulgari aliqua lingua conscriptus esset. Neque negaverim, deesse etiam libros nonnullos re vera editos, quorum quidem titulos non ignoravi, sed de quibus, idoneo destitutus auctore, fortasse male dubitavi. Etiam inscriptiones quotquot vulgatae sunt ab instituto meo non alienas censui; sed quum earum pars longe maxima in uno exstet libro, commentariis societatis Bengalensis, et harum jam a SYKESIO confectus sit plenus index in *JRAS. fasc. 12. 1841. p. 460—482*, praeterea autem non omnes jam ita sint explicatae, ut historicus earum recensu institui posse videatur, eas nunc mitto. Quibus causis permotus sum, ut libellum hunc non bibliothecam inscriberem, sed specimen bibliothecae vel a me vel ab alio quodam aliquando perficiendae.

Omnino enim magis quam ut multa, id egi, ut nil nisi

*) Wurja Soochi, or Refutation of the Arguments, upon which the Brahmanical Institution of Caste is Founded, by the learned Buddhist Ashwa Ghoshu; — also, the Tunku, by Soobachee Bapoo, being a Reply to the Wurja Soochi. 1839. 8.

Cf. Catal. Allenii 1840 p. 58.

certa traderem. Terrebant vestigia ejus qui ante me simile opus aggressus erat, **ADELUNGII**, hominis literarum orientali-um, quanquam instituto orientali apud barbaros praefectus erat, inscii et rudis, qui assiduo sed stulto labore ex librari-orum catalogis et tabulis auctionariis immanem omnis ge-neris errorum et mendorum farraginem congesserat et bi-bliothecae sanskritae nomine venditarat. Facile foret indi-cem exhibere errorum nonnunquam ridiculorum, in quos vel viri literarum Indicarum scientiam professi, ut taceam impe-ritos, hoc libro inducti sunt. Itaque ego quantum fieri po-tuit studui, ut de libris ex libris ipsis referrem, atque, ut meis fidem facerem, eos quos ipse inter scribendum sub oculis habebam, asterisco distinxim, quod etsi plerumque su-perfluum esset in editionibus de quibus nemo dubitat, tamen quum in rarioribus necessarium videretur, in omnibus fieri debebat. In iis autem libris, quos inspiciendi facultas mihi non concessa erat, aliorum ope, ubi tuto fieri posse videba-tur, uti non recusavi, addito tamen si res postularet aucto-ris nomine. Aliqua quae certa esse judicavi ex Adelungii libro sumpsim, haud infitatus vel plura recte dicta ibi ex-stare. Praeterea usus sum melioribus librorum catalogis, uti **Sacyano**, cujus priora duo volumina ad manum erant,

*) Libri editiones tres sunt:

* Versuch einer Literatur der Sanskrit-Sprache von Fr. Adelung. St. Petersburg. Kray. 1830. 8. pp. xv. 259.

An historical sketch of Sanskrit literature, with copious biblio-graphical notices of Sanskrit works and translations. From the German of Adelung with numerous additions and corrections. [by D. A. Tal-boys.] Oxford. D. A. Talboys 1832. 8. pp. 234. Cf. **HALZ** 1838. I 361—364.

* Bibliotheca Sanscrita. Literatur der Sanskritsprache von Fr. Adelung. Zweite durchaus verbesserte und vermehrte Ausgabe. St. Petersburg. K. Kray. 1837. pp. xxii. 430.

Klaprothiano, Nyerupiano §. 568 recensito, neque prorsus carere potui tabulis, quas ediderunt librarii Londinenses *Parbury Allen and Co.* annis 1831. 1833. 1835, *Parbury and Co.* 1837, *Wm. H. Allen and Co.* 1840, *J. Madden and Co.* 1839. 1841. 1843; quibus, quanquam omni cautione adhibita, semel vereor ne in errorem conjectus sim, uti dixi §. 492. Nonnulli tituli mihi erant describendi e societatum Asiaticarum Parisiensis et Londinensis commentariis, in quibus de libris dono acceptis referri solet. Quum inter hos saepe reperiantur rarissimi vel in longinquis terris editi, eorum tum in eruditorum commodum, tum propter observantiam erga munerum auctores accuratam expectares designationem. Nescio autem qui fiat, ut ibi tituli plerumque satis negligenter quasi ab imperita manu neque secundum leges artis bibliographicae in ipsis illis terris tam sedulo cultae descripti sint. Ultimo loco inter fontes meos commemorandum est libri Adelungiani exemplum, quod a se auctum mecum amice communicaverat Cl. SCHÜTZIUS, unde praeter alia quaedam censurarum in Repertoriis Lipsiensibus et libellis literariis Cottanis editarum notitiam in rem meam potui vertere.

De scribendi qua usus sum ratione restant quaedam indicanda. Opera, quae suo titulo ac nomine volumen efficiunt, ab iis, quae alius libri partem instituunt, majoribus literis et numero continuo distincta sunt. Ubi liber e majori opere etiam separatim descriptus exstaret, priori classi assignandus videbatur, si hac forma venalis propositus esset. In transscribendis Indicis quasnam regulas mihi scripserim facile perspicient viri sanskr̥ite docti. Imprimis curae mihi fuit, ut accentibus punctisque ad literas distinguendas parcerem, neque facile oriatur ambiguitas, si unum hoc excipias, me anusvāram inconstanter modo per n literam modo per m reddidisse, quod neminem linguae peritum morari potest. Bengalica satius visum est ita exhibere, ut ipsa fert scriptio posthabita pronuntiandi ratione.

Menda typographica, quae in tali prae aliis opere evitari debebant, non prorsus absunt, inde potissimum orta quod propter locorum distantiam ipse semel tantum plagulas typis exscriptas perlustrare potui, ceterum docta ope carui. Plerumque ad vocalium longarum et brevium vel literarum antiquarum et Aldinarum discrimen haud recte observatum pertinent, quae facile quivis corriget; reliqua quotquot deprehendi indicavi.

INDEX CAPITUM.

Grammaticae ab Europaeis conscriptae p. 1

Singulae grammaticae partes 7

Res metrica 9

Lexica 11

Radicum collectiones 13

Anthologiae 13

Libri de lingua prákritica 19

Libri vedici 20

Upanishades 23

Râmâyana 29

Singulae Râmâyanae partes 31

Mahâbhârata 35

Singulae Mahâbhâratae partes 38

Harivaṅṣa 53

Purâna 54

Bhâgavata 54

Brâhma 56

Brahmavaivarta 57

Kâlîka 57

Mârkandeya 58

Pâdma 59

Vishnu 59

Poesis epica recentior 60

- Raghuvaṇṇa 60
Kumârasambhava 61
Bhâttikâvya 62
Kirâtârg'uniya 62
Mâghakâvya 64
Naishadhiya 65
Nalodaya 66
Râg'atarangini 67

Poesis lyrica et gnomica 68

- Meghadûta 68
Rîtusanhâra 70
Bhartrihari 70
Amarû 73
Rasatarangini 74
Çringâratilaka 75
C'aurapanc'âçikâ 75
Ghatakârpara 75
Bhâminivilâsa 77
Gitagobinda 77
Ânandalaharî 79
Mahimna:stava 80
Vidvanmodatarangini 80
Mohamudgara 81
Nitisankalana 81
C'ânakya 82
Kavitâmrîtakûpa 83
C'âtakâshtaka 83

Poesis dramatica 84

- Mric'c'hakatî 85
Çakuntalâ 86
Vikramorvaçi 90
Mâlavikâ 91

Mâlatimâdhava	92
Uttararâmac'aritra	92
Mudrârâxasa	93
Ratnâvali	93
Prabodhac'androdaya	93
Mahânâtaka	95
Dhûrtasamâgama	97
Fabulae et narrationes	97
Panc'atantra	97
Hitopadeça	97
Vetâlapanc'avinçati	103
Çukasaptati	103
Sinhâsanadvâtrinçati	103
Daçakumârac'arita	103
Kathâsaritsâgara	104
Sanskritamâlâ	105
Purushaparixâ	105
Grammatica	105
Grammatica prâkritica	108
Lexica	109
Radicum collectiones	112
Ars metrica	113
Ars rhetorica	113
Libri philosophici	115
Disciplina Sânkhyicorum	115
Disciplina Nyâyicorum	117
Disciplina Vedânticorum	118
Libri juridici et rituales	121
Manu	121
Smritiçâstrâni	126
Mitâxarâ	130
Viramitrodaya	133
Nirnyasindhu	133

Raghunandanae tractatus 134
Jus hereditarium et adoptionis 138
Libri varii argumenti 140
Tantra 142

Disciplinae mathematicae 142

Bhâskara 142
Alia 145
Geographica 147
Libelli de numeris designandis 147
Libelli de origine zodiaci 148

Ars medica 149

Encyclopaedia 152

Libri ab Europaeis scripti aut religionem Christianam
spectantes 154

Librorum manuscriptorum catalogi 161

Addenda 164

Emendanda.

- §. 1 *scribe 48 pro 28.*
p. 46 l. 2. *lege 764 pro 564.*
§. 189 *lege MAJER pro MAYER.*
§. 277 *lege MALLINÂTHAE.*
§. 281 l. 3 *lege hae.*
§. 292 *lege Devanagara.*
p. 82 l. 3 *lege secundus.*
§. 308 *lege: 1847. pp. VIII. 332.*
ibid. lege accessit pro accedet.
§. 377 *lege ni pro nni.*
§. 399 *lege ex quo pro quo.*
§. 421 *lege çambhu pro çambha.*
§. 565 *lege samskrits pro sanskrits.*
p. 176 l. 10 *lege -devae pro -deva.*
p. 187 *adde suo loco: Kâlig'a 234.*
-

quibus quatuor ordines describuntur, interpretatione anglica (p. 37—48) illustrati.

Post §. 21 insere:

21 a. * An Introduction to the Grammar of the 573
Sanskrit language, for the use of early students.
By H. H. WILSON. Second edition.

London, J. Madden and Co. 1847. 8. pp. xv. 499.

Quae in hac editione mutata sint, ipse V. Cl. p. xi ita indicat:
„The only material alterations are the condensation of the general rules regarding the inflexions of the verbs, or the principles of conjugation, and their insertion among the preliminary rules of all the conjugations, instead of the place which they formerly occupied among the introductory rules of the second conjugation. I have also made some additions of minor importance to the paradigms of the verbs.“
Paginae hujus editionis 1—449 respondent paginis 432 prioris. Accessit autem p. 449—483 brevis recensio eorum, quae dialecto Vedicae propria sunt, e Pânineis Siddhântakaumudis regulis concinnatus.

Lexica.

Ante §. 44 insere:

33 b. * De lexicographiae sanscritae principiis. 574
Commentatio academica qua ad audiendam orationem *cet.* invitatur AD. FR. STENZLER.

Vratisl., typ. acad. 1847. 8. pp. 30.

Praeter argumentum, quod inscriptio indicat, scriptor versatur in diducendo glossario Boppiano multisque in eo erroribus corrigendis. P. 18—30 exhibentur lexici Vaig'ayantî dicti fragmenta e scholiastarum, maxime Mallinâthae, commentariis collecta.

Adde §. 49.

39. * Glossarium Sanscritum - - - a FR. BOPP. 575
Berol., Dümmler; ex offic. acad. 1848. 4. pp.
VIII. 412.

Liber in praefatione dicitur imprimis adaptatus esse ad illustranda

episodia Mahābhāratae a Cl. Boppio edita, Bhagavadgītā, Hitopadeṣam et Urvāsiyam. Sed ne in his quidem tironi sufficiet, quum multa desint vocabula quorum significationem ne etymologica quidem ratione attinget. Sic ex Hitopadeṣa desiderantur inter alia haec: anūpa III 81; avarodha 102, 1. 104, 4; aṣvatarī II 140; udghātana I 146; karapatra 49, 11; karna *gubernaculum* III 2; upadhaukayati 67, 20; taxaka II 14; dandanāyaka 66, 12; divya *jusjurandum* 133, 3; drishtānta II 97; pugā *nux arecae* 115, 3; phalgu III 79; balivarda 57, 17; vac'anīyatā II 79; varātaka II 87; vyan'g'ana *insignia; jus, liquamen* III 36. 56; vyapadeṣa III 13; vyūha *acies instructa* III 69; çrikhanda I 90.

Libri vedici.

Post § 69 pone:

576 57 a. * H. TH. COLEBROOKE'S Abhandlung über die heiligen Schriften der Indier. Aus dem Englischen übersetzt von L. POLEY. Nebst Fragmenten der ältesten religiösen Dichtungen der Indier.

Lpz., B. G. Teubner 1847. 8. pp. vi, 1—176. fol. 1.

COLEBROOKII commentatio paginas occupat 1—84. Interpres ita versatus est, ut quaedam mutaret et transponeret, quaedam de suo adderet (cf. p. 6—9. 34. 48—50) neque ea bene a Colebrookianis discerneret. Nonnulli loci hic primum sanskrite editi sunt ut p. 4 locus e C'hândogya et quaedam hinc inde a Mahīdharāe Vedadīpa. Omissa sunt, quae Colebrookius de upanishadibus (p. 63. 76. 84. 93) interpretatus erat. Accedunt deinde hymni e Rigveda Roseniano conversi p. 85—107; tum interpretatio Kāthakae p. 113—128, Içae 129—131 et tertiae fere partis Brihadāranyakae 132—176 (p. 1—39 textus editi). In pagina 176 oratio abrumpitur, cujus rei librarius in praefatione propter difficile cum scriptore per terras vagante commercium veniam petit.

Post §. 71 adde:

577 59 a. * Essai sur le mythe des Ribhavas premier vestige de l'apothéose dans le Vēda, avec le texte sanscrit et la traduction française des hymnes adressés à ces divinités. Par F. NÈVE.

Libri grammatici ab Europaeis conscripti.

Grammaticas et lexica linguae sanskritae scite recensent * A. G. 1
A SCHLEGEL *Réflexions sur l'étude des langues Asiatiques.* Bonn. 1832.
S. p. 27—28, et * H. H. WILSON: *A notice of European Grammars and
Lexicons of the Sanskrit language,* in ephemeridibus inscriptis *Philolo-
gical Society* I n. 3. (27 Jan. 1843) p. 13—36.

1. Sidharubam seu Grammatica Samscredamica, 2
cui accedit dissertatio historico-critica in linguam
Samscredamicam vulgo Samscret dictam, in qua huius
linguae existentia, origo, praestantia, antiquitas, ex-
tensio, maternitas ostenditur, libri aliqui in ea exa-
rati critice recensentur et simul aliquae antiquissi-
mae gentilium orationes liturgicae paucis attinguntur
et explicantur auctore PAULINO a S. Bartholomaeo.
Rom., Prop. 1790. 4. pp. 188.

Censura huius libri legitur in *GGA.* 1796 p. 1659—64.

Civile Paulino nomen fuisse I. PH. WESDIN eumque commentariis
I. E. HANXLEDENII manuscriptis usum fuisse satis notum est. Ipsa gram-
matica libri paginas 86—170 occupat.

2. * Vyácarana seu locupletissima Samscredami- 3
cae linguae institutio. In usum Fidei Praeconum
in India Orientali et Virorum Litteratorum in Eu-
ropa adornata a P. PAULINO a S. Bartholomaeo.

Romae, typis s. Congr. de prop. fid. 1804. 4.
pp. xxiv. 333.

Continet etiam Amarakosham p. 154—307.

- 4 3. * A Grammar of the Sanscrit Language by
H. TH. COLEBROOKE. Vol. I.

Calc., printed at the hon. Comp. press. 1805. fol.
pp. XXII. 369 *et foll.* 2 *emendationes exhibentia.*

Volumen alterum, quo se grammaticam absoluturum libri auctor
p. XXII promisit, nunquam prodiit. Ceterum disciplinam Panineam
ubique sequitur.

- 5 4. * A Grammar of the Sungskrit Language,
composed from the works of the most esteemed
Grammarians. To which are added examples for
the exercise of the student and a complete list of
Dhatoos or roots. By W. CAREY.

Serampore, pr. at the Mission press. 1806. 4 *max.*
pp. VII, *foll.* 4. *pp.* 908. *App. pp.* 108. *Ind. pp.* 24.
Errat. foll. 5.

Exercitia illa haec sunt: The first section of the Shree Bhagvutu
(disticha 20 interpretatione et analysi grammatica illustrata) *p.* 881—
894; The first three Chapters of the Gospel by St. Matthew (sanskrite
tantum) *p.* 895—901; Vajusuneya or Oopunishut Eesha Vasyu *etc.* be-
longing to the Yujooos Vedu (sanskrite et anglice) *p.* 902—906. Sequi-
tur: An Appendix containing a list of the Dhatoos or roots of the
sungskrit language. *pp.* 108. Perperam Adelungius etiam Bhartriharem
huic libro adiunctum esse perhibet *p.* 190.

Indigenas grammaticos quos sequutus sit auctor nominat Vopa-
devam, Kramadiçvaram, Paninem, Vikramadixitam, Durgádásam, Goyi-
c'andram, sed prae ceteris Vopadevae praeceptis innititur; panditarum
ope usus est Mrityung'ayaVidyálankarae et RâmanâthaVasaspatis.

- 6 5. * A Grammar of the Sanskrita Language by
CH. WILKINS.

Ayuktam yad iha proktam pramâdena bhramena
vá | vac'á mayâ dayâvanta; santa (*sic*) samçodhayan-
tu tat.

Lond., pr. for the author, sold by Black, Parry and Kingsbury 1808. 4. pp. xx. 662. *Acc. tabb. v elegantissimas literarum devanagaricarum formas sistentes.*

Notice de l'ouvrage intitulé A Grammar. etc. par A. L. CHÉZY. Extrait du Moniteur 1810. 8. pp. 15.

6. * An Essay on the Principles of Sanskrit Grammar. Part. I. By H. P. FORSTER.

Calcutta, from the press of Ferris and Co. 1810. 4. pp. xxii. 691. *fol.* 4.

Cens. Bopp *HJbb.* 1818. n. 30.

7. 1) * A Grammar of the Sanscrit Language, s On a New Plan. By W. YATES.

Calcutta, printed at the Baptist Mission Press, sold also by Black, Parbury and Allen, London. 1820. 8. pp. xxviii. 427.

Duces sibi fuisse tradit auctor p. XXIII Careyum, Wilkinsium, Colebrookium, Forsterum, Vopadevam, Durgādāsam et Gaugādāsam.

Cens. A. G. A SCHLEGEL *Ind. Bibl.* II, 11—19.

8. * Vyākāranam Ḍāstrac'axush. Grammatica 9

1) A Complete Grammar of the Sanskrit Language. Calc. 1810.

Sanskrit Grammar with examples for the exercise of the Student. Lond. 1813. 4.

Hos libros, quorum priorem a quodam Romanae ecclesiae in paganos emissario scriptum perhibet, affert Adelungius p. 44., perperam, ut videtur, nam neutrum usquam alibi commemoratum inveni.

Meliore fortassis iure inter grammaticas idem recenset:

W. S. MAJEWSKI o Slawianach i ich pobratymcach. Varsov. 1816. 8. quem librum ait, secundum Paulini a S. Bartholomaeo opera, de lingua et grammatica Sanscrita agere et breve lexicon continere. Si tamen ex titulo colligere licet, magis linguarum comparationem spectat.

Sanscrita, nunc primum in Germania edidit ΟΤΗΜ.
FRANK.

Wirceb., typographice et lithographice, sumptibus propriis. (Lps. prost. ap. F. Fleischer) 1823. 4. pp. xvi. 218. *tabb.* x.

Oratio latina typis quidem composita, at in lapidem translata est.

Cens. I. G. L. KOSEGARTEN, *Hermes.* 1827. XXVIII. 262—321.

10 9. * Ausführliches Lehrgebäude der Sanskrita-Sprache von FR. BOPP.

Berlin, gedr. in der Druckerei der k. Acad. d. W. Bei F. Dümmler 1827. 4. pp. xv. 360. *acc. tabb.*

Prima libri pars iam 1824 edita erat.

Cens. E. BURNOUF *Journ. As.* 1825. VI 298—314. 359—371.

I. G. L. KOSEGARTEN *Hermes* 1827. XXVIII 262—321.

C. LASSEN *Ind. Bibl.* 1830. III, 1—113.

11 10. * Elements of the Sanscrit language or an easy guide to the Indian tongues. By W. PRICE.

London, Parbury, Allen and Co. 1828. 4. pp. vi. 63.

P. 58—63 leguntur septendecim disticha e Nali cantu primo sanscrite cum interpretatione.

12 11. * Grammatyka mowy starożytnych skuthow, czyli skalnych gorali, indo-skythow, indikow, budhynow herodota, samskrytem czyli dokładną mową zwaney. Z oryginału samskryckiego przekładu pp. Colebrooke, Carey, Wilkins, Yates, Foster (*sic*) i innych, a szczególniéy, podług poprawnieyszego wydania p. Bopp w Berlinie dotąd jeszcze nieukon'czonego, przez Walentego Skorochođ MAIEWSKIEGO do dyalektu Polskiego i innych Sławian'skich zastosowana i ulepszona. Z przypisami z całego dzieła

zebranymi, naukę pisania, czytania, wymawiania i zrozumienia obeymującymi i z siedmnasto tablicami, odmiany pisania i rytowania glosek, ięzyków wschodnich, odmiany części mowy, wyciągi z różnych dzieł przedstawiającemi.

w Warszawie, w drukarni łątkiewicza i litografii instytutu szkolnego. 1828. Co do druków i wzorów Wschodu nakładem Autora. 4. pp. VIII. 80. *tabb. lith.* x. *tabb. typis expr.* VII.

Plenum exhibui libri, cuius nusquam mentionem inveni, titulum, qui latine ita fere se habet:

Grammatica linguae veterum Scytharum, sive Caucasiarum (?), Indoscytharum, Indorum, Budhinorum Herodoti, quae sanskrita i. e. perfecta lingua appellatur; e fonte sanskrito secundum Colebrookii, Careyi, Wilkinsii, Yatesii, Forsteri, aliorum, praecipue autem secundum emendatam Boppii Berolinensis editionem nondum ad finem perductam per VAL SKOR. MAIEWSKIUM ad illustrandam dialectum polonicam aliasque slavicas adhibita (?). Cum additamentis ex integro opere collecto sumptis, artem scribendi, legendi, pronunciandi et intelligendi complementibus et cum tabulis septendecim, quae varias literarum formas, orationis partes atque excerpta ex variis libris proponunt.

Varsoviae, impr. Lontkiewitsch; lithogr. institut. schol. 1828. Sumptibus auctoris.

Liber typis expressus videtur peculiaribus, qui Schlegelianorum formam imitantur.

12. * Grammatica critica linguae Sanscritae, 13 auctore FR. BOPP. Altera emendata editio.

Berol., F. Dümmler. Ex off. acad. 1832. 4. pp. XIV. 335.

Aliqua libri pars iam 1829 prodiit. Priorem editionem auctor esse voluit Germanicam anni 1827 (§. 10).

CENS. A. BENARY *Jbb. f. w. K.* 1833. Jul. p. 17—53.

13. * Kritische Grammatik der Sanskrita - Sprache in kürzerer Fassung von FR. BOPP.

- Berl., Druck der k. Acad. Nicolai. 1834. 8. pp. XII. 380.
- 15 14. * An Introduction to the Grammar of the Sanscrit Language for the use of early students. By H. H. WILSON.
Lond., J. Madden. 1841. 8. pp. xi. 447.
- 16 15. A Catechism of Sanscrit Grammar by J. BALLANTYNE. Lond. 1843. 24.
- 17 16. *Kritische Grammatik der Sanskrita-Sprache in kürzerer Fassung von FR. BOPP. Zweite Ausgabe. Berl., Nicolai (Acad. Buchdruck.) 1845. 8. pp. XII. 388.
- 18 17. * Bemerkungen zur zweiten Ausgabe von Franz Bopps kritischer Grammatik der Sanskrita-Sprache in kürzerer Fassung. Von O. BOEHTLINGK. Lu le 3. Octobre 1843. (Aus dem Bulletin historico-philologique, Tome III) Erster Artikel.
St. Petersburg, gedr. bei der K. Ac. d. W. 1845. 8. pp. 34.
Cf. *Bull. hist. phil.* III p. 113—137.
- 19 18. * Grammaire Sanscrite-française par M. DESGRANGES. Tome premier.
Par., Impr. roy. 1845. 4. pp. XLII. 588.
Liber e Careyi et Wilkinsii grammaticis concinnatus. cf. *Journ. As.* 1845. VI, 53.
- 20 19. *Kortfattet Sanskrit Formlaere af N. L. WESTERGAARD.

Kjöbenhavn, C. A. Reitzel; trykt hos Brödrene Berling. 1846. 8. *fol.* 2. *pp.* 112.

20. An Elementary Grammar of the Sanscrit²¹ Language, partly in the Roman Character, arranged according to a New Theory in reference especially to the Classical Languages; with short Extracts in easy Prose. To which is added a Selection from the Institutes of Manu with copious References to the Grammar and an English translation. By Monier WILLIAMS.

Lond. 1846. 8. *pp.* 60 (?).

Cf. *Lps. Repert.* 1846. n. 46. p. 283.

Singulae grammaticae partes.

21. * Alphabetum Brammhanicum seu Indosta-²² num universitatis Kasi.

Romae, typ. congr. de prop. fid. 1771. 8. *pp.* 152.

22. Alphabetum grandonico-malabaricum sive²³ samscredonicum.

Romae, typ. congr. de prop. fid. 1772. 8.

23. Alphabeta indica id est granthamicum seu²⁴ samscredamicomalabaricum, indostanum sive vanarense, nagaricum vulgare et talinganicum.

Romae, typ. congr. de prop. fid. 1791. 8.

24. * Ueber den Druck Sanskritischer Werke²⁵

mit lateinischen Buchstaben. Ein Vorschlag von H. BROCKHAUS.

Lpz., F. A. Brockhaus. 1841. 8.

Insunt latinis literis expressa haec: Nalae cantus quinque priores p. 23—34; Kālidāsaē Crutabodha, e cod. Lond. p. 37—54; Ghatakaramam cum scholiis editionis Calcuttensis et imitatione Bohleniana p. 57—80; Mohamudgara cum interpretatione germanica p. 85—92.

- 26 * Ueber die Verwandlung des dentalen n in das cerebrale n. Von O. BOEHTLINGK.

Ztschr. f. d. K. d. M. 1840. IV 354—366.

- 27 25. * Ein erster Versuch über den Accent im Sanskrit von O. BOEHTLINGK. Aus den Mémoires de l'Acad. Imp. des Sciences de St.-Pétersbourg; Sciences politiques etc. VI. Série t. VII.

St. Petersburg, gedr. bei d. k. Acad. d. W. 1843. 4. pp. 114.

Cens. H. AB EWALD Ztschr. 1844. V 437—444.

- 28 26. * Die Declination im Sanskrit. Von O. BOEHTLINGK. Aus den Mémoires de l'Acad. Imp. des Sciences de St.-Pétersbourg. Sciences politiques etc. VI. Série T. VII.

St. Pétersbourg, gedr. bei d. k. Acad. d. W. 1844. 4. pp. 98.

- 29 27. * FR. BOPP Ueber das Conjugationssystem der Sanskritsprache in Vergleichung mit jenem der griechischen, lateinischen, persischen und germanischen Sprache. Nebst Episoden des Ramajan und Mahabharat in genauen metrischen Uebersetzungen aus dem Originaltexte und einigen Abschnitten aus

den Veda's. Herausgegeben und mit Vorerinnerungen begleitet von K. J. Windischmann.

Frankf. a. M., Andreae 1816. 8. pp. XLVI. 310.

Librum, etsi praecipue linguarum comparisonem spectet, omittere non debui propter locos e sanscrito translatos: episodium de Viçvàmitra e Ramâyana desumptum p. 159—235; aliud de Hidimba e Mahâbhârata p. 237—269. Hymni vedici, qui leguntur p. 271—312, a J. MERKELIO ex commentatione Colebrookiana mox commemoranda (§. 69) conversi sunt.

* Sur un usage remarquable de l'infinitif sanscrit par 30
E. BURNOUF.

Journ. As. 1824. V 120—124.

28. * Vom Infinitiv besonders im Sanskrit. Eine 31
etymologisch-syntactische Abhandlung als Probe einer
Sanskritsyntax von A. HOEFER.

Berl., Voss. 1840. 8. pp. IV. 123.

* Ueber die in der Sanskritsprache durch die Suffixe 32
tvâ und ya gebildeten Verbalformen. VON W. VON HUMBOLDT.

Ind. Bibl. I 433—464. II 72—134.

29. * G. H. F. NESSELMANN de nominibus et ver- 33
bis cum pronomine interrogativo compositis in lin-
gua sanscrita usitatis dissertatio.

Regim., typ. Hartung. 1838. 8. pp. 27.

Eius dissertationis argumentum recoxit auctor in commentatione: 34

* Ueber die im Sanskrit üblichen Composita mit dem
Fragepronomen, VON NESSELMANN.

Ztschr. 1839. II 93—106.

Res metrica.

H. T. COLEBROOKE On Sanscrit and Pracrit poetry.

As. Res. X Calc. 1808. 4. p. 389—474. Lond. 1811.
* 8 et * 4. *iisdem paginis.*

* *Miscellaneous Essays* by H. T. Colebrooke Lond. 1837. 8
II 62—165.

36 30. *The Prosody of the Telugu and Sanskrit Languages explained* by CH. PH. BROWN. Madras 1827. 4.
Titulum sumpsit ex *JRAS.* II lxxvij.

37 31. * *Çlokaviraç'anavidhi: Théorie du Sloka, ou mètre héroïque sanskrit.* Par A. L. CHÉZY.
Paris, Dondey-Dupré 1827. 8. pp. viii. 22.

In fine addita sunt tria carmina sanskrite et çlokis quidem ad imitationem Sapphici illius *Φαίνεται μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν* et Anacreonticorum *Ἐρως ποτ' ἐν ῥόδοισιν* atque *Μεσονυκτιοῖς ποθ' ὦραις* composita.

38 32. * *Ueber einige ältere Sanskrit-Metra.* Ein Versuch von G. H. A. EWALD.
Götting., Deuerlich 1827. 8. pp. 24.

39 * *Essay on Sanscrit Alliteration.* By W. YATES.
As. Res. Calc. 1836. XX 135—160.

Cf. LASSEN *Ztschr.* 1837. I 107—108. Videtur haec commentatio repetita esse in editione *Nalodayae* §. 240.

40 33. * *A familiar analysis of Sanscrit prosody.* By CH. PH. BROWN. Extracted from the *Asiatic Journal.*
Lond., J. L. Cox and sons. 1837. 8. *fol.* 2 pp. 20.

41 * *Ueber die Metra der zuerst von Rosen edirten und neuerlich von Lassen in seiner Anthologia Sanscritica wieder abgedruckten Rig-Vedahymnen,* von AD. KUHN.

Ztschr. 1840. III 76—88.

Cf. LASSEN *ibid.* III 477 sq.

* Zur Vedametrik von H. BRÜCKHAUS. 42
Ztschr. 1842. IV 83—86.

* Zur Theorie des Çloka. Von J. GILDEMEISTER. 43
Ztschr. 1844. V 260—280.

Lexica.

34. 1) * A Dictionary Sanscrit and English: 44
translated, amended and enlarged from an original
compilation prepared by learned natives for the
college of Fort William. By H. H. WILSON.

Calcutta, pr. by Ph. Pereira. 1819. 4. foll. 2. pp.
XLIX. 1061.

Prooemium, quod in alteram editionem non receptum est, nuper
Oxoniae forma libelli academici emendatius foras datum esse audio.

Censs. A. G. A SCHLEGEL *Ind. Bibl.* I 295—364

F. BOPP *GG A.* 1821. n. 36.

35. * Sanskritābhidānam idam (*haec literis devana- 45*
garicis) arthāt sanskrita abhidāna (*etc.; haec bengalicis*).
A Sanskrit Vocabulary, containing the Nouns, Ad-
jectives, Verbs and Indeclinable Particles most fre-
quently occurring in the Sanscrit Language, Arranged
in Grammatical Order with explanations in Benga-
lee and English. By W. YATES.

1) Non recepi duos hos libros, quum mihi non satis constet eos
revera huc pertinere :

Sanscrit and Bengalee Vocabulary. Calc. 1809. 8.

Sanscrit and Hindoo Dictionary. By S. Rousseau Lond. 1812. 4.

Ille mihi nonnisi e catalogo Alleniano 1840 p. 27, hic tantum
per Adelungium p. 55 innotuit.

Calc., printed at the Bapt. Miss. press. 1820. 8.
pp. XIII 220.

P. 1—94 altera tantum pagina literis impleta, altera vacua est, ut potius *pp.* 188, vel omnino 314 numerandae erant. Sanscritica devanagarico, bengalica bengalico caractere expressa sunt. Indicem francogallicum in hunc librum composuit Klaprothius, v. infra §. 387.

46 36. * Glossarium Sanscritum a FR. BOPP.

Berol., F. Dümmler. 1830. 4. *pp.* VI. 216.

CENS. F. RÜCKERT *Jbb. f. w. K.* 1831. Jul. 84—101.

47 37. * A Dictionary in Sanscrit and English, translated, amended and enlarged from an original compilation, prepared by learned natives for the college of Fort William. By H. H. WILSON. The second edition, greatly extended, and published under the sanction of the general Committee of public Instruction in Bengal.

Calc., Education press. 1832. 4. *pp.* X. 982.

48 38. * A Dictionary Bengálí and Sanskrit, explained in English and adapted for students of either language, to which is added an index serving as a reversed dictionary. By GRAVES C. HAUGHTON.

Lond., pr. for the use of the honourable the East-India Company's servants by J. L. Cox and sons and sold by Parbury, Allen and Co. 1833. 4. *pp.* XXIV. *col.* 2764. *pag.* 2769—2851.

49 39. * Glossarium Sanscritum, in quo omnes radices et vocabula usitatissima explicantur et cum vocabulis Graecis, Latinis, Germanicis, Lithuanicis, Slavicis, Celticis comparantur a FR. BOPP.

Berol., F. Dümmler. 4. Fasc. I. 1840. 4. p. 1—144.
Fasc. II. 1844. p. 145—288 (rātri).
Cens. fasc. I. A. KUHN *Jbb. f. w. K.* 1840 Dec. 841—872.

Radicum collectiones.

40. * Corporis Radicum Sanscritarum prolusio. 50
Scripsit F. ROSEN.

Berol., typ. acad. ap. F. Dümmler. 1826. 8. pp. 54.
CENS. E. BURNOUF *Journ. As.* 1826. IX 374—378.
P. V. BOHLEN *HALZ.* 1826. II 793—798.

41. * Radices Sanscritae. Illustratas edidit F. 51
ROSEN.

Berol., F. Dümmler 1827. 8. pp. xx. 378.
CENS. P. A BOHLEN *Jbb. f. w. Kr.* 1828 Jan. 65—85.

42. * Radices linguae Sanscritae ad decreta 52
grammaticorum definivit atque copia exemplorum
exquisitorum illustravit N. L. WESTERGAARD.

Bonn., imp. H. B. König. Havniae typ. frat. Ber-
ling. 1841. 8 max. pp. xiiii. 379.
CENS. CHR. LASSEN *Ztschr.* 1842. IV 253—259.

Anthologiae.

43. * Chrestomathia Saṅskṛita, quam ex codi- 53
cibus manuscriptis adhuc ineditis Londini exscripsit
atque in usum tironum versione, expositione, tabu-
lis grammaticis etc. illustratam edidit O. FRANK.

Monachii, typographice ac lithographice opera et
sumptibus propriis. 1820. 4. pp. xii. foll. 3. pp. 194.
tabb. iv.

Chrestomathia etc. Pars altera.

Monach. 1821. *foll.* 3. *pp.* 147.

Continentur isto libro haec: I p. 1—122: Dhritarâshtrae sermo ex Mahâbhârato excerptus cum Nilakanthae scholiis et expositione [Mah. I 139—218. Hucusque sanskritica literis devanagariçis lapide expressa sunt, in reliqua parte priori literis latinis editor usus est]; p. 123—147: Mahâbhârati exordium cum versione [Mah. I 1—138]; p. 149—194: S'ankarae Âtshâryae praefatio ad Jadschurvaedae Brihadâranjakum, cum versione et Ânandae animadversionibus. II p. 1—29: Partes codicis legum quas Manus tradidit [I 1—36. 41. 49—99. 102. 103. 107—110. XII 1—4. 12—30. 39. 40. 47—53. 81. 83—87. 90. 92—98. 105. 106. 117—125. Per totum hoc volumen sanscritica lapide expressa sunt; alteram paginam interpretatio latina occupat.] p. 31—61: Kullûkabhat-tae animadversiones [selectae cum interpretatione latina]; p. 63—113: Bhagavadgîtæ loca selecta [I 40—45, II 11—72, III 1—43, IV 1—28. 30. 42, c. interpr. lat.]; p. 115—147 Bhagavadgîtæ lectiones V—XVIII. [Ita bis quidem scriptum extat, p. 115 et in operis conspectu post praefationem posito, re vera autem editor, mutato fortasse consilio, substitit in lectione XIII.]

Censs. A. G. A SCHLEGEL *Ind. Bibl.* II 19—24.

Annals of Or. Lit. 1820. p. 558—562.

F. LITTRÉ *Journ. Asiat.* 1823. II 51—56.

H A L Z. 1821. III 129—141.

54 44. *The Sunscrit Reader or easy Introduction to the Reading of the Sunscrit Language. In five parts: I Select Sentences II Dialogues III Duties of young persons IV Fables V Poetical Extracts. By W. YATES.

Sanskritapâthopakâarakoyam grantha:. tatra viçeshâ:, Prathamabhâga:, vâkyamâlâ. Dvitîyabhâga:, kathopakathanam. Tritîyabhâga:, bâlakanâm kartavya-karmanirûpanam. C'aturthabhâga:, nitivishaye drish-tântakathâ. Panc'amabhâga:, samgrihitac'lokâ:. Skulavuka sosâiti nâmaka samâg'ânukûlyena trivedasap-

taikapramitaçàke kalikátâyám miçyan mudràyantre
mudrito 'bhût,

Calcutta, printed at the Baptist Mission Press,
Circular road for the Calcutta School-book Society,
1821. 8. pp. 64.

Litteris bengalicis. D exemplaria esse expressa in indice libri
exteriore indicatur. Excerpta, quae quinto loco indicantur, poetica haec
sunt: C'ânakyaçlokâ: (27); Sententiae e Râmâyana et Mahâbhârata col-
lectae; Mohamudgara; Çântiçataçlokâ: (20); Bhartrihariçlokâ: (8).

45. * The Sunscrit Reader *etc.* Calc. 1822. 8. pp. 64. 55

Idem liber, prorsus eodem titulo, at literis devanagaricis eodem
exemplorum numero expressus.

46. * A Sanscrit Primer, or first book of a se- 56
ries designed to assist native students in the acqui-
rement of a correct and grammatical knowledge of
this language. By Capt. Henry HARKNESS and Vis-
VAMBA SASTRI, a teacher of the College of Fort St.
George.

Madras, printed at the College Press. A. D. 1827.
SS. 1749, 4. pp. 2, 78 et 3.

The second book of the series designed *etc.*
Madras, 1828 (1750). 4. fol. 1. pp. 128.

The third book *etc.*
Madras, 1828. 4. fol. 1. pp. 116. fol. 1. pp. 2.

Editio literis tamulicis exarata.

47. * A Sanscrit primer. *etc.* First book. pp. 2. 57
76 et 2.

Idem liber, titulo non mutato, at literis talinganis descriptus.
Huius editionis primam tantum partem vidi, at reliquas duas eodem
modo editas esse colligo e *JRAS.* II p. lxxi, ubi ita describitur: *A
series of works, designed etc. 6 voll. Madras 1827. 8.*

58 48. * Anthologia Sanscritica glossario instructa.
In usum scholarum edidit CHR. LASSEN.

Bonn., H. B. König. 1838. pp. XIV. 358.

Insunt: 1) Prologus et fabulae quinque priores libri Vetâlapan-
c'avinçati, e 3 codd. Lond. ed. p. 1—38. 2) Prologus et fabula prima
libri Çukasaptati e cod. Lond. ed. p. 38—45. 3) Calliditas thois, fa-
bula e Mahâbhârata (I p. 203) desumpta p. 45—48. 4) Kandûpâkhyâ-
nam e Brahmapurânae codd. 2. Lond. et Par. p. 49—59. 5) Ritusan-
hârae caput primum e cod. Paris. ed. p. 60—65. 6) Dhûrtasamâgama
comoedia e cod. Par. p. 66—96. 7) Rigvedae hymni ii, quos Rose-
nius in Rigvedae Specimine ediderat. p. 97—102. Notae crit. p. 105
—148.

Censs F. N(ÈVE) *Journ. As.* 1839. VII, 184—190.

A. HOEFER *Jbb. f. w. K.* 1840. Jun. 839—852. Huic re-
sponsum est in libello: Die falsche Sanskritphilologie, an dem Beispiel
des Herrn Dr. Hoefler in Berlin aufgezeigt von J. GILDEMEISTER. Bonn.
König. 1840. 16. pp. 78, de quo retulerunt A. F. STENZLER *HALZ.*
1841. I 181—184. et A. KUHN *Jbb. f. w. K.* 1842 Febr. 244—259.

59 49. * Sanskrit-Chrestomathie. Zunächst zum
Gebrauch bei Vorlesungen herausgegeben von O.
BOEHTLINGK.

St. Petersb., Akad. d. Wiss. 1845. 8. pp. x. 451.

Insunt: 1) Naïas, omissis distichis CXX. castratus. p. 1—80. —
2) Episodium de Viçvâmitra p. 81—112 et 3) Episodium de morte Da-
çarathae, e Râmâyana, secundum recensione Schlegelii p. 112—122. —
4) Manus libri VI et VII, ex editionibus Haughtoni et Loiseleurii p. 123
—150. — 5) Hitopadeçae fabulae, sed versibus resectis, ex editione
Schlegelii p. 151—188. — 6) Amarûs disticha XXXIX ex edit. Calcut-
tensi p. 189—196. [4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 19. 20. 24.
25. 26. 27. 31. 32. 35. 38. 44. 45. 53. 60. 62. 63. 64. 67. 68. 69. 71.
79. 85. 87. 93. 94. 96. 100.] — 7) Versus Bhartriharis XLIX, ex edit.
Bohlenii p. 196—204. [I 3. 7. 14. 55. 65. 73—75. 81. 82. 84. II 2.
3. 5. 6. 11. 17. 24. 25. 30. 31. 33. 38. 50. 53. 57. 58. 62—65. 70.
72—75. 77. 78. 81. 82. 89. 91. 94. III 91. 13. 39. 50. 51. 76.] —
8) Raghuvançae liber XII ex edit. Stenzleriana et Calcuttensi. p. 205

—213. — 9) Historia Vidūshakae e Somadeva XVIII 61—406. Additae sunt lectiones variantes a Brockhausio communicatae. — 10) Primum hymnorum Rigvedae caput ex editt. Rosenii et Stevensonis atque codd. Berol. editum et accentuum signis ornatum p. 243—274.

50. * Sanskrit Laesebog med tilhørende Ord-
samling af N. L. WESTERGAARD.

Kjöbenhavn, C. A. Reitzel, trykt hos Brödrene Berling 1846. 8. *fol.* 2. *pp.* 214. *fol.* 1.

Continet e Mahabhārata (lib. I c. 157—164 v. 6103—6315) Vakabadhaparva p. 1—17 et (lib. I c. 68—74 v. 2801—3123) episodium de Çakuntala p. 18—42; e Rāmâyana (II 63. 64 secundum Schlegelii editionem) Daçarathaprānatyāgam p. 43—52; Manus libros X et XI p. 52—83; tandem Ghatakaram cum scholiis ex editione Calcuttensi iisque emendatis p. 83—96.

51. Monumens littéraires de l' Inde ou Mélan-
ges de littérature sanscrite; contenant une exposi-
tion rapide de cette littérature, quelques traductions
jusqu'à présent inédites et un aperçu du système
religieux et philosophique des Indiens, d'après leur
propres livres par A. LANGLOIS.

Par., Lefèvre. 1826. (1827?) 8. *pp.* XII. 268.

Insunt e Bhāgavatapurāna: *Enlèvement de Roukmini par le dieu Crichna.* p. 85—119; dein ex Harivaṅṣa: *Expedition de Çala-yavana contre l'Inde; Description des fêtes, par lesquelles Crichna célèbre sa victoire; Mort du prince Roukmi; Expédition de Pradyoumna dans les provinces septentrionales; Combat entre le dieu Crichna et un magicien.*

Cens. CHÉZY *Journ. d. S.* 1827. p. 231—240.

52. * Indische Gedichte. In deutschen Nach-
bildungen von A. HOEFER.

Lpz., F. A. Brockhaus. 1844. 8. 2 voll. *fol.* 6.
p. 209; *fol.* 4. *pp.* 242.

Volumen prius iam anno 1840 alio titulo praefixo publici iuris factum est.

Continentur volumine priori: Hymni nonnulli *Rigvedae*; Diluvium e *Mahâbhârata*; Narratio de *Kandu*; *Ritusanhâra*; *C'aurapanc'âçika*; disticha LI e prima et LVI e secunda *Bhartriharis* centuria; volumine altero: Hymni quidam e *Rigveda* et *Sâmaveda* petiti; *Gangae* descensus, uti in *Râmâyana* describitur; *Savitri*; *Ghatakarpâra*; *Bhaminivilâsa*; *Mohamudgara*; Hymnus ad *Bhavânim* ineditus; Versus de *C'âtaka*; Disticha XII *Çringâratilakae*; Epigrammata XXXII e *Bhartriharis* centuria tertia et supplemento *Bohleniano*; Ex oneirocritico inedito quaedam; Fabula de *thoe* e *Mahâbhârata*; Prooemium *Hitopadeçae* et secunda libri primi fabula usque ad p. 17 Schl.; E *Somadeva* nonnulla [XV, 30—53]; *Vetâlapanc'avinçatis* fabulae VIII et XII ineditae.

Cens. C. SCHÜTZ *H A L Z.* 1844. II 961—984.

63 53. * Δημητρίου Γαλάνου Ἀθηναίου Ἰνδικῶν Μεταφράσεων Πρόδρομος, περιέχων Βατριχαρῆ βασιλείως ἠθολογίας, γνωμολογίας καὶ ἀλληγορίας: τοῦ αὐτοῦ ὑποθήκας ἢ περὶ ματαιότητος τῶν τοῦ κόσμου συλλογὴν πολιτικῶν οικονομικῶν καὶ ἠδικῶν ἐκ διαφόρων ποιητῶν. Σανακέα σύνοψιν γνωμικῶν καὶ ἠδικῶν· καὶ Ζαγαννάδα Πανδιταράζα ἀλληγορικὰ παραδειγματικὰ καὶ ὁμοιωματικά. Ἐκδοθέντα μὲν φιλομούσῳ δαπάνῃ Ἰωαννοῦ Δουμᾶ σπουδῇ δὲ καὶ ἐπιμελείᾳ Γ. Κ. Τυπάλδου καὶ Γ. Αποστολίδου Κοσμητοῦ.

Ἐν Ἀθήναις, ἐκ τῆς τυπογρ. Ν. Ἀγγελίδου 1845. 8. pp. μῆ. 155.

Galanus anno 1786 *Calcuttam* profectus, ibi atque *Varanasiae* linguam *sanskritam* edoctus, anno 1833 mortuus haud paucos libros *Indicos* in linguam *Graecam* translatos *academiae Atheniensi* legaverat, e quibus nonnullos opusculum hoc complectitur, nempe *Bhartriharis* centurias *Niti* et *Vairâgya* p. 1—62; variorum poetarum sententias 230 p. 63—106; *C'ânakyaes* sententias easdem, quas iam antea (cf. §. 299) *Kephalas* publici iuris fecerat p. 107—123; *G'agannâthae Panditarâg'ae* allegorias p. 124—155. Praeterea exhibentur in praefatione p. λβ'—μζ'

specimina aliorum librorum Bâlabhâratae, Bhâgavatae, Gitae, Panc'a-
tantrae, Raghuvançae cet.

Censs. *Lpz. Rep.* 1846. f. 23. p. 367.

TH. BENFEY *GG A.* 1846. p. 1095—1104.

A. HOEFER *Jbb. f. w. K.* 1846. *Sept.* 404—415.

54. C. FR. BERGSTAEDT *Metriska öfversättningar* 64
från Sanskrit. I—V.

Upsala, Wahlström. 1845. 8. pp. 60.

Titulum sumpsi e *Lpz. Rep.* 1846. f. 49. p. 414.

Libri de lingua prâkritica.

55. * A. HOEFER *De Prakrita Dialecto libri duo.* 65

Berol., G. Fincke 1836. 8. pp. XII. 212.

Cens. A. BENARY *Jbb. f. w. K.* 1836. *Juni.* 863—875.

56. * *Institutiones linguae pracriticae.* Scripsit 66
CHR. LASSEN.

Bonn., König et van Borcharen. 1837. 8. pp. x.
488. 93.

Censs. A. HOEFER *Jbb. f. w. K.* 1839. *Apr.* 521—545.

H. BROCKHAUS *Gersd. Rep.* XI. n. 40. XVI. *fasc.* 5.

TH. BENFEY *HALZ.* 1840. I 73—96.

57. * *Radices pracriticae.* Edidit et illustravit 67
NIC. DELIUS. *Supplementum ad Lassenii Institutio-
nes linguae pracriticae.*

Bonn., H. B. König. 1839. 8. pp. XIII. 93.

Cens. TH. BENFEY *HALZ.* 1840. II 549—552.

Libri vedici.

68 Litterae J. PRINSEPII, quibus quae Vedarum partes adhuc Varana-
siae reperiantur addito versuum numero indicat, leguntur in *Journ. As.*
1836. VI 86—95.

69 * On the Védas or Sacred Writings of the Hindus. By
H. T. COLEBROOKE.

As. Res. VIII. Calc. 1805. p. 369—476. Repet. in *Mis-
cell. Essays.* Lond. 1837. I 9—113.

Insunt hymni anglice conversi, quorum nonnullos germanice red-
didit J. MERKELIUS apud BOPPIUM *Conjugationssystem* etc. p. 271—312.
Ipsam Colebrookii commentationem gallice versam et ni fallor contra-
ctam exhibuit G. PAUTHIER *Livres sacrés de l'Orient.* Par. 1840. 8. De
ea Aitareyae Upanishadis parte, quae *As. Res.* p. 421—25, *Ess* p. 47
—50. anglice reddita exstat, commentatus est D'ECKSTEIN *Analyse du
quatrième chapitre de l'Aitareya Upanichat.* Journ *As.* 1833. XI 193—
221, 289—317, 413—496, XII 53—78.

Alii hinc inde exstant hymni Vedici in nostras linguas translati,
quos omnes conquirere opus non videbatur. Gâyatrim etiam JONESIUS
interpretatus est in *Opp.* Lond. 1807. 8. XIII, 367. Secundum Rosenii
Spec. et Rigv. et e Sâmaveda nonnullos germanicos fecit A. HOEFER
Indische Gedichte I 3—27. II 3—31. Hymnos Rigvedae I 50. 113 ver-
nacule exhibet *Morgenblatt* 1844. n. 183. 186.

70 58. * Etudes sur les hymnes du Rig-Veda avec
un choix d'hymnes traduits pour la première fois
en français par F. NÈVE.

Louvain, J. B. Ansiau 1842. 8. pp. VIII. 118.

Hymni p. 52—83 secundum Rosenii Spec. et Rigv. translati hi
sunt: I 4. 6. 7. 11. 30. 32. 44. 46—49. 92. 96. 113. 120. V 3.

Cens. A. KUHN *Jbb. f. w. K.* 1844. Nov. 795—800.

71 59. * Zur Literatur und Geschichte des Weda.
